



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

Epistola XXXIII. Leonis Papae I. Ad Theodosivm Avgvstvm. Vt id, quod de incarnatione filii Dei ab Anatolio Constantinopolitano episcopo praedicatur, agnoscat, & vniuersale Concilium in Italia fiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius a Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne autem aliqua negligentia occasione scripta nostra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda credidimus, ut nullo modo fidei, quam defendimus, prædicatio vestræ notitiæ subtrahatur. Data decimo sexto Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies & Auieno viris clarissimis consulibus.

## EPISTOLA XXXIII.

## LEONIS PAPÆ I.

AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

Ut id, quod de incarnatione filii Dei ab Anatolio Constantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, & vniuersale Concilium in Italia fiat.

*Leo episcopus Theodosio semper Augusto.*

**O**MNIBVS quidem vestræ pietatis epistolis. *Vide reliquum in Concilio Chalcedonensi, parte 1. epistola 32.*

## EPISTOLA XXXIV.

## LEONIS PAPÆ I.

Missos a se legatos commendat.

*Leo episcopus, Fausto, Marciano, Petro, Manuelli, Iob, Antiocho, Viuantiaco, Abrahamo, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, Asterio & Charaso presbyteris & archimandritis, & Iacobo diacono & archimandrite.* <sup>\*Carose</sup>

**C**AUSA fidei, in qua salus Christiana consistit, multa me solitudine laborare compellit, metuentem, ne prauitas, quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis & perniciosior fiat & latior. Nam cum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus solitudinem suam pro pace vniuersalis ecclesiæ demon-